

05

10. 12.

U. q. 19, 3



5
Disputatio Iuridica,

De

SENTENTIA ET RE
JUDICATA;

QUAM,

Auxiliante Deo Trinuno:

CONSENSU AMPLISSIMÆ
Jurisconsultorum Facultatis:

PRÆSIDE

*Nobili, Amplissimo & Consultis-
simo Viro,*

D. N. JOANNE

HALBRITTERO, V. I. D.

ET PROFESSORE IN LAUDATISS.

TUBINGENSIIUM ACADEMIA CELEBERRIMO,
Consiliario Brandenburgico, Württembergico & Badensi fi-
delissimo, Præceptore suo æternum hono-
rando.

*Exercitii gratiâ ad d. 27. April. in Auditorio Jurisconsultorum
horis consuetis tuebitur,*

Iohannes Georgius Maierus, Dünckel-
spühlo-Suevus.

Quis mihi? si non ego ipse? Quid ego?

Si ego mihi met ipsi: & si non modo, quando? Ergò.

A. M. O.

OS :: SO

TUBINGÆ,

Typis Johan. Alexandri Cellii,

ANNO M. DC. XVI.

Diplomatische

INSTRUMENTE

DES

HEILIGEN RÖMISCHEN REICHES

DEUTSCHER NATION

UND DER BAYERSCHEN PALATINAT

DEUTSCHEN STÄNDEN

UND DER BAYERSCHEN PALATINAT

UND DER BAYERSCHEN PALATINAT

UND DER BAYERSCHEN PALATINAT

UND DER BAYERSCHEN PALATINAT

UND DER BAYERSCHEN PALATINAT

UND DER BAYERSCHEN PALATINAT





In Nomine Domini nostri

Iesu Christi.

DISPUTATIO J U
R I D I C A.

De

Sententia & Rejudicata.

A S S E R T I O I.



SENTENTIA (a) JUDICIALIS,
nihil est aliud, quam pronuntiatio
judicis, partium litigantium con-
troversiam ritè decidens. (b)

a) Non immeritò exordimur à definitione. arg.
l. 1. ff. de Orig. jur. Dicente quippe Philosopho 1. Ethic. 7. in fine p. m. 18.
μεγάλην ἔχει δύναμιν πρὸς τὰ ἐπόμενα: Sic enim animadvertitur, quid sit,
de quo quaritur? Iulianus I Crus in l. 13. §. 3. in fine ff. de reb. dub. Est autem
definitio alia nominis arg. l. un. §. 1. ff. de off. quest. l. 1. ff. de furt. l. 1. §. 1.
de pact. alia rei argument. l. omnis 202. π. de Regul. Iur. Hanc modò
proposuimus: illam rursus in primariam, quam vulgo vocant Notatio-
nem, & Secundariam, quæ est vel Homonymiæ, & Synonymiæ expli-
catio, secamus. Ad Notationem quod spectat, dicitur Sententia à sentien-
do, eò quòd iudex per eam, quid sentiat, declaret. arg. l. 8. §. 4. ff. si serv. vind.
Clariss. & Consultiss. Dn. D. & Præcept. Harppr. in suo process. decad. 16. con-
clus. 1. numer. 2. Homonymia sive significatio vocis hujus varia est; sumi-
tur namque vel latè, vel strictè: latè rursus bifariam, vel propriè, vel mi-
nus

nus propriè; propriè pro eo, quod vox ipsa sonat: minus propriè duobus modis: 1. pro insigni aliquo orationis lumine sive clausula. 2. pro opinione sive animi credulitate. Strictè significat pronuntiationem judicis factam in judicio: quàm in significatione nos hî: accipimus. Calvin. in Lexic. jur. in verbo Sententia. Synonyma denique, sententiæ sunt 1. Res judicata, quæ voces in jure nostro sæpius confunduntur, adeoq; pro unâ & eâdem, quoad significationem, habentur, per metonymiam nimirum vel causæ vel effectû. t. tit. ff. de re jud. t. tit. C. de sent. & interl. & t. tit. C. de exec. rei jud. l. 1. & 2. C. de re jud. Accuratè tamen loquendo differunt ut causa & causatum: Sententia siquidem finit, res judicata finitur; & ita ferè Cic. 2. de Invent. Clariss. Dn. Harppr. d. loco. num. 6. & 7. Vel, si mavis, ut agens & patiens: sententia etenim per modum agentis; res judicata per modum patientis sese habet: Zas. ad l. 1. ff. de re jud. num. 2. 11. Dicitur quoque Decretum, latè accepto vocabulo. l. si prætor. 75. ff. de judic. l. mulier. 22. ad SC. Trebell. Hinc ortum trahit questio illa, an ut à sententia definitiva, ita quoque interlocutoriâ, decretum ut species distinguatur? Nos sententiæ vocabulo decretum quoque appellari censemus. arg. l. 1. §. 2. ff. quod quisq. jur. in alt. & c. l. 6. C. de sent. & interl. l. 1. C. sent. resc. non poss. l. ult. Cod. commin. epist. preg. c. olim. 7. in fine. de except. cap. 46. §. nos ergo; de appellat. c. licet. 19. in pr. de probat. Donell. ad l. 48. de re jud. Clar. Dn. Præcept. Harppr. supra citato loc. conclus. 2. num. 4. Clar. Dn. Præcept. Bocer. Claß. 5. Disput. 22. Thes. 6. Dissent. Zas. ad rubr. ff. de re jud. numer. 4. (b) l. 1. ff. de re jud. l. 19. §. 1. de rec. arb. l. 6. C. de appell. Vult. 2. IR. 31. num. 73. p. m. 655. Treutl. vol. 2. Disput. 23. Thes. 1. lit. b.

I I.

Sententia sic definita communiter (a) distribuitur in Interlocutoriam, (b) quam judex interim, dum principale adhuc pendet negocium, de incidenti profert articulo. (c) Et definitivam (d) quâ judex juris ordine ritè observato, principalem (e) litis quæstionem definit & terminat. (f)

a) Zas.

De Sententia & Rejudicata. 3

a) Zaf. Duaren. Donell. ad tit. ff. de rejud. passim. Wesenb. in Parat. d. tit. num. 4. & alii: (b) ab interlocuendo, quasi dicas, interim locutio, dum scilicet sententia definitiva fuerit prolata, vel executio facta. Duaren. ad rubr. de rejud. Germanicè dicitur, Ein W yurtheil. Schneidvv. §. 32. n. 5. Inst. de act. (c) arg. l. 19. §. ult. ff. de rec. arb. l. 2. de appell. recip. l. 14. de rejud. cap. 38. de off. deleg. Wesenb. in Parat. ff. de rejud. num. 4. (d) Germanicè, Das Endurtheil. Schneidvv. d. loco. de quâ sententia nos in seqq. potissimum sumus acturi. (e) differentia specifica, qua discernitur definitiva ab interlocutoria: Hinc celebris exoritur controversia: Utrum sententia in possessorio lata sit interlocutoria, an verò definitiva? Definitivam esse pro virili defendere conabimur. arg. cap. 1. 2. & 4. §. verum. & cap. 6. de caus. poss. & propr. cap. ult. de judic. l. 14. §. ult. ff. de except. rei jud. cum Duaren. ad l. 1. de rejud. & Clariss. Dn. Harppr. process. decad. 16. conclus. 3. num. 2. (f) l. 1. ff. de rejud. Treutler. volum. 2. Disputat. 23. Thes. 1. lit. f. & alii.

I I I.

Causa (a) Efficiens sententiæ est iudex: cuius in persona requirimus potissimum quatuor: ut sit 1. idoneus. (b) 2. publicâ auctoritate constitutus. (c) 3. Competens (d) 4. suspicione carens. (e)

a) Haçtenus de distributione sententiæ generaliter sic dicta, specierumq; definitionibus: sequuntur recto nunc ordine causæ: quæ sunt vel externæ, ut finis & efficiens: vel internæ; ut materia & forma: de quibus singulis pro ratione instituti. (b) idoneus hîc est, qui non prohibetur iudicare; prohibentur autem quidam vel ratione Naturæ, vel ratione Legis: vel ratione consuetudinis. Ratione naturæ, ob defectum aliquem, vel animi, vel corporis; defectum animi hoc loco intelligimus istiusmodi, ut si quis vel eâ est ætate, ut animi iudicium nondum habeat, qualis est infans l. 12. §. 2. de jud. vel si habeat, non tamen ita perfectum, ut hîc requirimus, huiusmodi est impubes d. l. 12. §. 2. & minor 18 annis l. 57. de rejud. non tamen cogi potest ante annum 20. l. 41. de rec. arb. (etsi aliter jure canon. c. cum vicesimum; de off. deleg.) vel sunt quidem istâ ætate, ut habere debeant, non tamen habent ex casu aliquo aut fortuito, ut furiosus d. l. 12. §. 2. de judic. l. sed si in servum. 9.

de rec. arb. l. in negociis. de Reg. Iur. aut naturali, ut prodigus. argum. l. hīs qui 12. §. divus 2. ff. de cur. & tut. dat. &c. His quoque annumerari potest juris ac legum rerumque gerendarum imperitus, Novell. 82. in præfat. Ob defectum corporis judicare nequeunt. Surdus: debet quippe judex auditu, voce contendentium vel patronorum instrui, & litis contestationem partem judicii ordinare, quod herclè fieri non potest sine auditu: unde & audientia causa dicitur l. 10. Cod. de judic. facit l. 6. de cust. & exher. & mutus: sepemamque litigantes expedit interrogare l. judices. Codic. de judic. l. 10. §. 5. ff. de qq. Non verò cæcus; hic siquidem judicare potest l. 6. de judic. l. 1. §. 5. de postul. Lege prohibentur judices esse Senatu motus l. 12. §. 2. de judic. & quibus foro interdictum l. 9. §. 4. de pæn. Judæi l. ultim. in fin. princ. Cod. de Iuda. c. cum sit 16. eod. Hæretici argument. l. penult. Cod. de heret. & alii. Moribus prohibentur fœminæ l. 12. §. 2. de judic. & servi. dict. l. 12. &c. in quibusdam enim locis aliter receptum esse in propatulo est. c. dilecti. de arbit. latissimè hac de re differentes vide Donell. 17. comment. 24. Hilliger: in suis ad eundem notis. per tot. P. Gregor. Tholossan. 47. Syntagmat. 9. & seqq. (c) privatorum namque consensus judicem haud facit l. 3. Codic. de jurisdict. om. jud. absurdumque videtur, privatum unum atque alterum id facere sine populi permisso, quod populi est totius. Donell. 17. comment. 6. in princ. Vnde nec arbitet proprie judex (licet ita vocetur l. 80. de judic.) l. 34. §. 1. de minor. ideo nec arbitrium proprie sententia. argument. l. 1. de re judic. Duaren. Zaf. ad l. 1. de re judic. facit quoque. l. 1. Codic. de rec. arbit. l. 13. §. 5. qui not. infam. l. penult. ff. de judic. (d) tot. titul. Codic. si à non comp. judic. l. penult. ff. de jurisdict. l. 1. & ult. Codic. eod. tit. l. 2. ff. si quis in jus voc. &c. l. duo 28. ff. de re judic. & passim. Duaren. cap. 1. de re judic. Wesenbec. in Paratitl. num. 5. hoc titul. (e) l. 16. Codic. de judic. c. secundo. 41. in fine. de appellat. c. quod suspecti; ultim. caus. 3. quest. 5. Donell. 17. comment. 21.

I V.

Causa materialis sententiæ definitivæ est omnis controversia (a) principaliter (b) in judicium deducta.

a) l. 1. ff. de re judic. (b) Hinc non incommodè quæri posset; an super controversia in causam principalem incidente, seorsim judex sententiam fêrre debeat? Nos, si quæstio sit istiusmodi, ut principalis litis decisio cum illius etiam decisione in quemcunque sententiæ eventum concurrat.

De Sententia & Rejudicata. 5

currat, in negantium pedibus imus opinionem, cum Fachin. 1. controvers. 43. Clariss. Dn. Harppr. in suo process. Decad. 16. conclus. 4. num. 4.

V.

Causa formalis ferendæ sententiæ consistit in sollemnitate & ritu; quam causam hisce includimus aphorismis: Ut iudex proferat ipse (a) secundum præscripta legum (b) acta & probata (c) lite contestatâ (d) probationibus auditis (e) causâ probè perspectâ (f) inscripto (g) loco (h) & tempore (i) consueto, interdiu (k) pro tribunali (l) præsentibus partibus (m) sententiam continentem vel absolutionem vel condemnationem (n) rei certæ (o) familiari eâ in regione linguâ (p) conceptam.

a) *ei namque imposita lites decidendi necessitas l. 13. §. si post causam. ff. de vac. & exc. mun. l. 18. §. judicandi 14. ff. de mun. & honor. Donell. 28. com. 3. Clar. Dn. Præcept. Harppr. in suo process. decad. 16. conclus. 3. n. 3. Quid si plures fuerint iudices? omnes pronuntiabunt l. 37. & l. 39. de re jud. Zas. ad l. 36. n. 7. & ad l. 39. n. 5. eod. Quid si duo iudices dati, inter se dissentiant? Erit in pendenti sententia utriusque, donec delegans unam earum sententiarum confirmarit l. 28. ibiq. Duaren. de re jud. & Zas. n. 3. eod. Quid si plures ejusdem rei iudices dati fuerint? majoris partis obtinebit sententia l. 36. in fine. l. 39. de re jud. eleganter Ant. Faber. Cod. suolib. 1. tit. 7. de fin. 2. n. 3. Quid si inter pares numero diversæ sententiæ? eam, quæ plus sapit humanitatis & æquitatis, amplectimur. argument. l. 38. de re judic. Et potius pro Reo, quam actore facit dict. l. 38. l. 125. de Regul. Jur. l. 85. eod. quæque absolutoria magis, quam condemnatoria l. 47. de O. & A. consule, si placet, Donell. ad l. 36. & tres seqq. Duaren. & Zas. ad modo allegatas l. de re judic. (b) princ. Inst. de offic. judic. l. 32. de re judic. l. 1. §. 2. ff. quæ sentent. sine app. resc. l. 2. C. quan. prov. non est necess. Novell.*

Novell. 115. cap. 2. in fine. Novell. 24. cap. 2. Novell. 25. cap. 2. in princip. & § ult. cap. 1. extr. de sentent. & de rejud. Scitè & graviter Muretus vol. 1. Grat. 18. Ita judicari, inquit, oportet, ut lex ipsa, si loqui posset, judicaret, ut sit lex quasi anima judicis, judex quasi vox legis: Latè & plene hac de re differentem vide Donell. 26. com. 2. ibiq³ Hillig. in not. per tot. At tanta, ais, opinionum de mente & sententia legum nostrarum apud Interpp. est varietas, ut peritissimum quemvis judicem, fluctuantem & dubium reddere possit? Ad communem opinionem confugiunt doctissimi quique: etsi autem non vilis ejus sit autoritas; non tamen usque adeò sui valituram momento, ut aut legem vincat, aut rationem, arbitramur: latissimè Hillig. in not. ad Donell. 26. com. 2. lit. a. Quid si jus scriptum planè deficiat? consuetudines locorum, si quæ sunt, observandas, eximamus l. 3. C. de adif. priu. cap. 3. de eo qui mitt. in poss. Gail. 1. observ. 36. num. 12. & seqq. Huc spectat Stylus Curix (uti vulgò loquuntur) cujus observandi necessitatem non minorem, quàm consuetudinis judici injungunt. ref. Hillig. d. loco ubi plures allegat. (c) per c. judicet. 4. cau. 3. quæst. 7. cap. 2. de off. jud. ord. c. Deus. caus. 2. quæst. 1. Cujac. 2. observ. 19. Clariss. Dn. Præcept. Bocer. de jurisdic. cap. 6. num. 34. Petrus in Thesaur. conclus. crimin. conclus. 233. p. 127. & seq. dissentiant licet Arum. exerc. 6. in τωπερϑ & exc. 20. thes. 3. & Disput. Pand. 1. thes. 24. & seq. Vasq. 1. illustr. controver. 14. & alii sat multi (A) arg. c. fin. extr. ut lit. non cont. non proc. Gail. 1. observat. 74. num. 14. Gædd. ad l. 36. num. 13. & seqq. de Verb. Signif. (c) probatio namque de substantia judicii est; glos. in c. Ecclesia S. Maria. extr. de constit. facit. can. nullum 10. caus. 30. quæst. 5. Clar. D. Præcept. Harppr. decad. 16. conclus. 3. num. 2. (f) l. fin. §. ult. ff. quod met. cau. l. nec. 9. §. 4. ff. de off. proconf. c. 11. cau. 30. quæst. 5. Duaren. lib. 1. Disput. annivers. cap. 41. Quid si judex, recognita, sordibus vel gratia motus tergiversetur proferre sententiam, sed velle se ad principem referre dicat, an hac arte litigatores impunè frustrari queat? Certo certius est judici hoc nō licere. arg. l. 30. & l. de quare. ff. de jud. Auth. Novo jure. C. de Relat. Clar. Dn. Harppr. process. decad. 16. conclus. 4. num. 6. Nisi veterum exemplo juraverit, sibi. NON LIQUERE. L. Pomponius; de re jud. Gell. 14. noct. 2. ubi plura alia ad hanc materiam pertinentia tractat: Duaren. cap. 3. de re jud. (g) l. fin. C. commin. epist. progr. l. 1. 2. 3. C. de sent. ex brev. rec. adde Nov. Leonis 45. si non probationis, tamen explicationis ergo. Schneidevv. in §. 32. Inst. de act. num. 6. p. 934. Exceptis casibus quibusdam ut sunt. 1. lites breves vilium personarum & causarum. Novell. 17. cap. 3. Novell. 28. cap. 3. Auth.

Auth. Nisi breves, Cod. de sent. ex brev. rec. 2. Ubi sportularum exactio nulla: non a. in quibusvis summaris. Clem. saepe 2. §. sententia, de V. S. 3. in causis clericorum coram Episcopo. Novell. 85. in princ. & fortiss. Scholarium l. ult. §. ult. C. de privil. schol. lib. 1. tit. 30 4. in sententia principis: exempla sunt in l. penult. de his qui in test. del. l. 3. Cod. de qq. l. 6. Cod. de usuc. pro emt. Cujac. 18. observat. 32. & Hillig. in not. ad Donell. 28. comment. 3. lit. 1. p. 1538. (h) l. penult. in fine. ff. de l. & l. l. 5. Cod. quom. & quan. judic. l. 6. Cod. de sentent. & interl. Vult. 2. IR. 28. num. 29. p. 593. (i) l. 3. Cod. de dilat. l. fin. Cod. de fer. l. 2. in fin. ff. si quis in jus voc. l. 6. Cod. quan. prov. non est nec. c. consuluit. de off. del. Clariss. Dn. Præcept. Harppr. decad. 16. conclus. 3. num. 3. in suo process. (k) Novell. 82. cap. 3. l. 2. §. 31. de Or. tur. c. consuluit. de Off. del. Nisi cōsensus accedat partium, vel contra se habeat consuetudo. Menoch. 1. arb. qq. 64. Sic Arcopagita noctu judicârunt. latè & pereleganter Gædda. ad l. 2. §. 2. de Verbor. Signific. (l) d. Novell. 82. cap. 3. l. 4. Cod. de dilat. l. 6. in fine. Cod. de postul. vide hac de re Menoch. 1. arb. qq. 61. & Hilliger. ad Donell. 28. comment. 3. lit. 1. nisi aliud necessitas suadeat argument. c. statuimus 13. de off. deleg. in 6. (m) l. unoquoque 47. ubi Duaren. Zaf. & Donell. ff. de re judic. l. 6. §. si quis 3. ff. de confess. Gail. 1. observat. 109. num. 3. & seqq. Clariss. Dn. D. & Præcept. Bocer. Class. 5. Disputat. 22. Thes. 71. & seqq. ita regulariter: absenti namque æquè ac furioso vel contra mortuum lata sententia, nulla est: aliud, si fuerit contumax, dicendum l. 53. §. 1. de re judic. l. 2. l. 9. C. quo & qua. judic. Clariss. Dn. Harpprecht. dict. process. decad. 16. conclus. 5. num. 2. De pupillo merito dubitari posset? sententiam contra eundem, licet præsentem, sine tutoris autoritate latam, non subsistere (quamvis, si pro eo pronunciatum fuerit, valeat) certi juris est l. 54. ff. de re judic. l. 14. Codic. de procurator. (n) l. 1. de re judic. ibique Duaren. & Dd. communiter l. præses 3. Codic. de sentent. & interl. Excepto Anton. Fabro, qui 6. conject. 6. tertium quoddam genus & novum, contra d. l. 3. auctoribus juris ne per somnium quidem unquam cognitum, comminiscitur: magis argutè, quàm vere. An cui concessa facultas condemnandi, eidem & absolvendi concessa præsumatur potestas? Affirmo l. 3. de re judic. ibique Duaren. l. 37. de Regul. jur. Vice versa, an cui absolvendi, eidem & condemnandi concessa intelligatur facultas? Haud sanè; favorabilior siquidem absolutio, quàm condemnatio l. Arrianus 47. de Oblig. & Act. l. absentem. ff. de pœn. l. quoties §. adeò C. ubi senat. vel clar. Novell. 83. Duaren. d. loco. (o) l. 59 §. 2. ubi Zaf. Donell. de re judic. tot. titul. de sentent. fin. cert. quant. §. curare 32 ibique

Schneidevvin. Borcholt. Giph. Vult. & Dd. commun. Inst. de act. (p) l. 48. de re judic. junctâ l. judices 12. C. de sentent. & interl. inspice Hillig. in not. ad Donell. 28. comment. 3. lit. K. & seqq.

V I.

Valdè controversa hoc loco moveri solet quæstio, an talis pronuntiatio. Solve quod debes, sit valida? id quod intrepidè negamus. (a)

a) Arg. l. 21. §. Pompon. ff. de rec. arb. cum Clariss. Dn. Præsept. Harpprecht. in d. §. 32. Inst. de act. ubi latè & solidè hanc pertractat quæstionem. An autem & hæc subsistat sententia? Condemno, si est probatum, rogitas? Responsum damus tale, quale Claudio Cæsari in Suetonio datum legimus: nec immerito: Cum nihil possit stultius, nihil ab officio judicis alienius pronuntiari: vide, si lubet, Duaren. ad l. 5. §. 1. de re judic. Quid si hunc in modum, condemno ad solvendum quantitatem libello petitam? Hanc subsistere posse opinamur sententiam; per l. 59. §. 1. de re judic. l. 5. §. 1. eod. paria namque videntur, aliquid per se esse certum, vel per relationem ad certum quiddam l. 7. §. penult. de contr. emt. l. 75. §. sed qui: de Verb. Oblig. Clariss. Dn. Harpprecht. d. l.

V I I.

Causa finalis sententiæ definitivæ est, ut lis partium ligantium sopiatur & terminetur.

l. 19. §. 1. ff. de rec. arb. l. 1. l. 56. cap. 2. de re jud. l. 8. Cod. de reb. cred. l. 5. §. 2. de jure jur. Zaf. ad l. 1. de re jud. num. 1. Wesenbec. Parat. n. 8. d. tit. Treutler. volum. 2. Disput. 23. Thesi 5. lit. b. & alii.

I I X.

Effectus (a) sententiæ definitivæ sunt varii: post decem siquidem dies (b) transit in rem judicatam: non potest prætextu novorum instrumentorum (c) aliarumq; probationum (d)

retra-

De Sententia & Rejudicata.

retractari: jus facit inter litigatores (e) finem imponit liti (f) producit denique actionem. (g)

a) Haecenus pro ratione instituti egimus de causis: sequitur causatum sive effectum. (b) Novell. 23. cap. 1. Novell. 119. cap. 5. Auth. Hodie. Cod. de Appellat. Coler. de process. exec. part. 1. cap. 2. num. 11. (c) per l. 2. & 4. C. de rejudic. Fachin. 1. controvers. 51. & seqq. Si nimirum excipias causas publicas, matrimoniales, pias, aliasque privilegiatas l. 35. in fine. ff. de re jud. c. lator. 7. & c. cum causa. 8. extr. de sentent. & rejudic. Gail. 1. observat. 112. (d) argum. l. 15. C. de fid. instr. l. divi fratres ff. de poen. adde c. inter monasterium c. suborta. de rejudic. Duaren. ad l. 35. eod. tit. Quamvis sententiam à judice corrupto, aut falsis attestationibus circumvento latam, infirmam esse libenter concedamus l. 7. Cod. qua prov. non est nec. tot. tit. Cod. si ex fals. instr. vel test. Duaren. Zaf. & alii ad l. 33. de rejudic. (e) l. 25. de stat. hom. l. 207. de Reg. Jur. (f) l. 1. hoc tit. idq. utilitas exigit, cum rebus judicatis Respubl. maximè contineatur: attestante Cicerone in orat. pro publ. Sylla. (g) nimirum judicati: de qua in seqq. Thesisibus agetur.

I X.

Aliis certè, quàm contra quos actum res judicata sive sententia haudquaquam præjudicat.

Per l. 63. de rejudic. tot. tit. Cod. quib. res judicat. non noc. c. quamvis extr. hoc tit. quæ res cum in tota hac nostra materia teste Duaren. ad l. penult. hoc tit. videatur controversissima & difficilima, paucis attingenda est: Et quidem I. Ignorantibus non nocet, absolute videlicet d. l. penult. Si excipias quinque causarum genera, in quibus res judicata aliis etiam planè ignorantibus nocet & præjudicat. I. Popularem actionem l. 3. §. 13. de lib. hom. exhib. 2. Accusationem l. si cui 7. §. 2. de Accusat. 3. Sententiam contra testamentum l. 8. §. penult. de inoff. testam. 4. quâ quis pronuntiatus filius l. 1. §. ult. l. 3. de agn. lib. 5. quâ quis ingenuus l. 25. de stat. hom. Hæc tamen tria posteriora, nocent tantummodo quoad accessiones & consequentias rei, non quoad rem principalem ipsam. II. Scientibus interdum non nocet, interdum nocet: Non nocet iis, qui impedire non possunt, ne actio instituat, ac quorum res propria non est, sed cuique sua pro-

Pria eâ de re actio aut defensio, licet aliâs causa sit communis d. l. penult. Nocet verò scientibus iis, quorum actio sive defensio, de quâ prius fuit pronunciatum, propria fuit, quâque alium uti, cum possent, non prohibuerunt. d. l. pen. vers. scientibus, &c. ubi tamen rursus excipias velim duos potissimum casus, quibus sententia adversus debitorem creditori scienti haud nocet. 1. si cum adversario colluserit. 2. si propria aliqua exceptione fuerit victus l. Praeses 5. Codic. de pignor. hæc ex l. penult. hoc titul. ubi Duaren. Donell. & Zasius latè.

X.

Res judicata, definitore Modestino ICto, est quæ finem controversiarum pronuntiatione iudicis accepit.

Per l. 1. de re judic. An verò res judicata dicatur, si appellatum sit, vel appellari possit, jure fluctuare nobiscum posses? Distinguendum censemus hunc in modum: Si appellari possit, suspensum esse judicatum c. cum inter 13. de re judic. l. 5. Cod. quor. appell. non rec. l. ultim. Cod. sentent. resc. non poss. Si autem appellatum jam sit, extinctum esse judicatum l. 1. §. ultim. ad SC. Turp. l. 6. §. 1. de his qui inf. not. Fr. de Cald. ad l. 3. C. de in integr. rest. n. 35. Hillig. in not. ad Donell. 28. com. 3. lit. a.

X I.

Hinc, si sententiæ non satisfiat, exurgit actio iudicati, quam directam, nominatam (a) & civilem (b) esse, dicimus.

a) Non certè in factum, uti male Accurs. proprium namque nomen habet, non minus quàm actio emti, locati, stipulati, &c. ut omninò supervacaneum sit confugere ad actionem in factum l. 1. de Praescri. verb. Duaren. ad l. 6. §. 2. de re judic. (b) quia mero datur jure ex ipsis ll. 12 tab. Gell. 20. noct. 1. Accedit & illud, quod hæc actio sit perpetua, inq. heredem transitoria, quæ sunt notæ & proprietates actionum civilium. tot. tit. Inst. de perp. & temp. act. Hilliger. in not. ad Donell. 27. com. 3. lit. E.

X I I.

Competit hæc actio ei, secundum quem (a)
judi-

judicatum est, adversus eum, qui suo nomine (b) ex legitima causa condemnatus est.

a) l. 16. de exc. rei jud. l. 9. §. 1. eod. l. 16. §. 5. de pignor. (b) l. 4. §. 3. de re jud. Quid si in rem suam quis, sed alieno egerit nomine, anné adversus illum quoque dabitur hæc actio? Utiq̄ue dabitur l. 4. pr. h. tit. l. 61. ff. de procur. Quid verò de procuratore sentiendum? Sententiã in procuratorem ferri quidem posse, eundem autē hac actione non teneri, certum est: iniquum enim esset, eum teneri, qui nomine non litigavit suo, sed alieno l. 1. de procur. Duaren. ad l. si se non obtulit. h. tit. At si se obtulit liti, rectè actione judicati conveniri poterit. l. 4. pr. h. tit. l. 61. de procur. l. 46. de minor. nisi errore ductus id fecerit, putans sibi mādatum esse. d. l. 61. Duar. d. l. Quid de tutore & curatore? Non dabitur, quia nec suo nomine agunt, nec possunt dici offerre se liti, propter munus publicum, quod gerunt l. ult. si quis caut. & c. l. 1. C. quan. ex fact. tut. & c. Nisi quis factus sit auctor dolo malo l. novissimè ff. quod fals. tut. auct. & c. adde quod tutor aut curator damnatur interdum ad sumtus litis nomine suo propter calumniam l. non est: Cod. de admin. tut. Duaren. d. l. Tandem adversus heredem quoque dari certi est juris, per text. l. 6. §. ult. de re jud. Gail. 1. obs. 113. n. 17. Clariss. Dn. Præc. Harppr. in suo process. decade 16. concl. ult. num. 7. & alii.

X I I I.

Venit in hanc actionem, res judicata, hoc est, petitur ab adversario id, quod judicatum fuit.

Passim in titul. ff. de re judic. & tit. ff. judic. solu. & tit. de except. rei jud. tit. C. de sentent. & interl. & tit. C. de re judic. & aliis. Oldendorp. Classe 1. act. 12. p. m. 113.

X I V.

Incipit hæc actio post tempus legitimum, quod olim (a) duorum erat mensium: hodiè humanitatis gratia duplicatum, quatuor (b) est mensium.

B 3

a) l. 12. tab.

a) *ll. 12. tabb. condemnatis 30. dies dabantur Agell. 20. noct. 1. Aris confessi, rebusque jure judicatis 30. dies justi sunt: postea auctum est hoc tempus, & statutum spatium duorum mensium l. ult. §. 1. Cod. de usur. rei judic.*
 (b) Tandem enim tempus quatuor mensium Iustinianum Imp. constituisse demonstrat *l. 2. & ult. C. d. tit. Caterum hoc tempus in actione reali locum haud obtinet, id quod Duaren. & Donell. ad l. qui pro tribunali: de re jud. atque Ant. Fabro 7. conject. 1. quoque placere vidimus: quippe in actione reali iudicis est officium, ut statim jubeat rem victori restitui, nisi possessor caussetur, se non posse in presenti & è vestigio restituere, ubi, si sine frustratione tale quid dicat, temporis aliquid ei indulgendum §. 2. Inst. de off. jud. An à tempus illud legitimum possit vel actari vel extendi, dubium esse videtur? Extensionem sanè facilius, quàm arctationem admittendam convincit *l. 2. de re jud. Coler. p. 3. c. 6. n. 9. 10.**

X V.

Præcipuus hujus actionis effectus est Executio, quæ rei judicatæ consummatio est. (a)
 Exequi autem judicatum potest ordinarius (b)
 non arbiter, delegans, non delegatus. (c)

a) *Vide Zas. ad l. à D. Pio 15. ff. de re jud. (b) d. l. 15. eod. (c) quia suo est functus officio, cum judicavit l. iudex 55. dict. tit. nisi specialiter ei concessa sit executio arg. l. à iudice. C. de iudic. In delegato principis res dubio non caret. Jure certè Pontificio exequi potest. arg. c. pastoralis. c. quarenti. c. significasti. de off. deleg. At non jure civili, nisi & illi specialiter hoc concessum. Duaren. ad l. 15. hoc tit.*

X V I.

Tollitur & extinguitur (a) sententia sive res judicata, nullitate (b) sententiæ, beneficio appellationis (c) restitutione in integrum (d) querelâ falsi (e) supplicatione. (f)

a) *Hactenus de modis constituentibus sententiam, causis nimirum & causatis: sequuntur modi extinguentes sive contraria & pugnancia. (b) l. 1. C. de*

De Sententia & Re Judicata. 13

Cod. de sentent. ex brev. rec. l. si, ut proponis. §. Cod. quo. & qua. iud. nullitas siquidem impedit executionem, quando est notoria. arg. l. 6. de fer. nec intra 30. annos vires assumit l. 19. ff. de appell. l. 1. §. 2. qua sentent. sin. appell. resc. l. 2. C. qu. prov non est nec. Clariss. Dn. Prac. Bocer. Class. 5. Disputat. 23. Thes. 14. At, si nulla sit sententia, an iudex rursus ex iisdem judicare actis, vel an totam denuò incipere causam, adeoque nova acta confici debeant, ex quibus iudex superior possit pronunciare, quaestio est? Nos, salvo cuiusque iudicio, distinguimus, utrum vitium sit in sola sententia, an in toto processu: priori modo novis haud est opus actis: posteriori omnino, cum Clariss. Dn. Praecept. Harppr. process. decad. 16. conclus. 6. num. 4. Duaren. ad l. 62. de re iudic. (c) tt. tt. D. & C. de appellat. (d) tot. titul. Codic. si advers. rem iudic. c. auditis. extr. de in integr. rest. (e) l. 33. de re iudic. tot. titul. Cod. si ex fals. instr. (f) l. 1. Cod. de sentent. praef. praest.

X V I I. & ultima.


An autem mutatio quoque sit modus tollendi rem iudicatam, profecto dubio non caret omni? Si jure licita (a) mutatio esset fluctuandum sanè haud foret.

a) licitam verò esse mutationem jus nostrum ubique negat l. 14. l. 42. l. 55. l. 62. ff. de re iudic. l. 2. Codic. de sentent. ex brev. l. 9. Codic. de sentent. & interl. l. 1. Codic. sentent. resc. non poss. quamvis suppletio, declaratio & explicatio sit concessa dd. ll. de re iudic. Quid si iudex mulctam dixerit, an remittendam censeamus? Regulariter certè negandum videtur? Ob certos tamen casus licitam mutationem esse, haud inficiamur l. illicitas §. Praeses. de off. praesid. l. eos. §. fin. Codic. de mod. mulct. nulla namque hìc sententia proprie dicta; mulcta siquidem poena est pecuniaria, qua magistratus contumaces & inobedientes coërcet l. 2. §. si quis in ius voc. & c. l. 2. Cod. de Episc. aud. l. si qua 224. de Verbor.

Significat.



αααααααα



τάρεργα & τάρεργα.

I.

MULIEREM Scto Vellejano, nisi prius sufficienter de eodem fuerit instructa, certiorq; reddita, firmiter renunciare haudquam posse, ratio tum juris æquitatisque, tum imbecillitatis suadet favor.

I I.

Mulierem in persecutione dotis, vigore tacitæ hypothecæ, quā in bonis mariti habet, omnibus creditoribus Chirographariis & hypothecariis, non duntaxat tacitam, sed & expressam anteriorem habentibus hypothecam præferri, omnibus intrepidè tuebimur viribus.

I I I.

Transactionem propter enormissimam læsionem, ut & dolo malo initam, præsertim contra mulierem factam, nullius esse momenti firmiter asseveramus.


F I N I S.

AB: 154464

(X26A8616)

R

V317



5
Disputatio Iuridica,

De
SENTENTIA ET RE
JUDICATA;

QUAM,

Auxiliante Deo Trinuno:

CONSENSU AMPLISSIMÆ
Jurisconsultorum Facultatis:

PRÆSIDE

*Nobili, Amplissimo & Consultis-
simo Viro,*

D. N. JOANNE

HALBRITTERO, V. I. D.

ET PROFESSORE IN LAVDATISS.

TUBINGENSIIUM ACADEMIA CELEBERRIMO,

Consiliario Brandenburgico, Württembergico & Badensi fi-
delissimo, Præceptore suo æternum hono-
rando.

*Exercitii gratiã ad d. 27. April. in Auditorio Jurisconsultorum
horis consuetis tuebitur,*

Iohannes Georgius Maierus, Dünckel-
spühlo-Suevus.

Quis mihi? si non ego ipse: Quid ego?

Si ego mihi met ipsi: & si non modo, quando? Ergò.

A. M. O.

OS :: SO

TUBINGÆ,

Typis Joh. Alexandri Cellii,

ANNO M. DC. XVI.

